



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Bibliotheca Scriptorvm Sacri Ordinis Cisterciensis Elogiis
Plvrimorvm Maxime Illvstrivm Adornata**

Visch, Charles de

Coloniæ Agrippinæ, 1656

Cvrsvs Mvsicvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38433

C V R S V S

M V S I C V S.

AN Ars Liberalis, an Mathematica Musica sit, multi curiosè inquirunt, & ingeniosè exponunt. Et Ego, ne iutilibus controversiis implicer, seorsim enarmonica edissero, & ad Libros sequentes reduco.

Orthographia Musica. Tractat de figuris & characteribus, quibus utuntur Musici.

Orthologia Musica. Agit de eorumdem characterum notarumque denominatione: & in tres Partes subdividitur.

Prima est: FER-DI-NAN-DUS-TER-TI-US. Utitur istis vocalis, & compendio mirabili Ar-tem copiosissimam tradit:

Secunda, UT, RE, MI, FA, SOL, LA, BI, quartu-notarū nōmina voltimus omnino retinere.

Tertia est apologetica, & complectitur nonnullas eruditas Epistolas pro & contrā scriptas.

Constatbit ex Orthologia Arthem, quæ vel horā addisci possit, rotelle tricis implicatam, ut vix annis pluribus soleat, totamque additione unius Note reduci ad incredibilem facilitatem. [Admissa est & practicatur nova hæc Musica præter Monserratensis Monasteria, in S. Crucis Abbatia, & etiam in aliis Cenobiis, ubi summa Juvenes facilitate & felicitate instruuntur.]

Poëtica Musica. Omnem Arthem Metricam, omniaque Carminum & Versuum genera ad Musica fundamenta reducit.

Huc spectat *Vocalis Musica*, quæ mira inge-nio eas tantum Notas admittit, quæ vocalibus texiūs correspondent. Hæc Arte feliciter com-posuit nonnulla Romanus Michael, qui tamen syllabarum quantitatem neglexit, cuius Ego etiam rationem habui in nonnullis Concentribus, quæ olim composui, & nunc etiam in lu-cem produco.

Arithmetica Musica. Tonorum, Consonan-tiarum, & Dissonantiarum differentias numerorum apparatu dilucidat.

Geometrica Musica. Eadsdem Linearum pro-potione exponit.

Logarithmica Musica. Et nullibi liquidiū quam in ipsa Enarmonica proportiones & mensura noscuntur;

Syntaxis Musica. Est Ars plures voces artifi-ciosè connectendi, Compositoriam vulgus vocat, & à me ad tantam reducitur facilitatem, ut una horā, aut saltē die possit addisci.

Prodigia Musica. Complectitur ingeniosas, Vocabulæ Implications, Fugas, Insultus, Laby-rinthos, &c.

Philosophia Musica. Ab effectis regreditur ad causas, & vocis honoræ essentiam, substantiam, quantitatem, qualitatem, relationes, proportiones, actiones, passiones, duratio-nes, ubicationes, situationes, & habitudines speculatur.

Medicina Musica. Agit de Armonia & pro-potione pulsuum, & de morbis qui vocum consonantia curantur.

C V R S V S

CHIROGRAPHICUS,

Sed quo poterū modo habere omnes scientias in ma-nu? Illū dabit breviter Chirographia, qua nonjam novas Artes tradit, sed veteres pugno comprehendit. Ille-jus partes sunt:

Chirologia; quæ eloquitur digitis utriusque manūs.

Chirographia; & hæc manu variis charac-tres efformat. Sed in quo diffidet à Chirologia? Explicabo: Chirologia literas digitis expri-mit, quas lingua solemus: at Chirographia ineffabiles notas delineat, & ob oculos ponit.

Illa-